



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum ira sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum irasci sit licitum.

fit quoddam secundum nature ordinem sic. Et hoc auctor in responsione ad secundum insinuat dicendo. Hac autem ira, etsi ipsa executione actus iudicii rationis aliquater impediatur &c. Et hinc fit, ut hi qui non sunt executiui vindictae, sed solummodo consiliari, iudices, seu censores, non egeant ira. Et de istis verificatur ista sententia, quod debent esse sicut leges, quae nulla passione commouentur: sed illi qui sunt executiui vindictae, verbo, ita quod ipsa reprobatio sit castigatio, aut factio, egenti motu irae subministrante voluntati vindicanti. alioquin voluntas remissa est, ut in ultimo huius quae rationis articulo patet.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod irasci non fit licitum. Hieron. enim exponens illud Mat. 5. * Qui irascitur fratri suo &c. dicit, In quibusdam codicibus additur, sine causa: Caterum in ueris definita sententia est, & ira penitus tollitur, ergo irasci nullo modo licitum est.

¶ 2 Præter. Secundum Dion. 4. c. de di. no. Malum anime est sine ratione esse: sed ira semper est sine ratione, dicit enim Philo. in 7. Ethic. quod ira non perfecte audit rationem. & Gregor. dicit 5. Moral. quod cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quoddammodo scissamque perturbat. Et Cassianus dicit in lib. de Institutis cenobiorum. Qualiber ex causa iracundiae motus effrenatus exerceat oculum cordis. ergo irasci si est malum.

¶ 3 Præter. Ira est appetitus vindictae, ut Giof. dicit super Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed appetere uisionem non uidetur esse licitum, sed hoc est Deo reseruandum, secundum illud Deut. 32. Mea est ultio, ergo uidetur quod irasci semper sit malum.

¶ 4 Præter. Omne illud quod abducit nos a diuina similitudine, est malum: sed irasci semper abducit nos a diuina similitudine, quia Deus cum tranquillitate iudicat, ut habetur Sapien. 12. ergo irasci semper est malum.

SED CONTRA est, quod Chrysolto. dicit super Math. Qui sine causa irascitur, reus erit: qui uero cum causa, non erit reus. Nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina componuntur, ergo irasci non semper est malum.

RESPON. Dicendum, quod ira proprie loquendo, est passio quaedam appetitus sensitui, a qua vis irascibilis denominatur, ut supra habitus est. cum de passionibus ageretur. Est autem hoc considerandum circa passionem animae, quod dupliciter potest in eis malum inueniri. Uno modo, ex ipsa specie passionis, quae quidem consideratur secundum obiectum passionis, sicut inuidia secundum suam speciem importat quoddam malum. Est. n. tristitia de bono aliorum, quod secundum rationem repugnat: & ideo inuidia mox nominata sonat aliquid mali, ut Philo. dicit in 2. Ethic. Hoc autem non competit ire, quae est appetitus vindictae. Potest. n. uindicta & bene, & male appeti. Alio modo, inuenitur malum in aliqua passione secundum quantitatem ipsius, id est, secundum superabundantiam, uel defectum ipsius: & sic potest malum in ira inueniri, quando, scilicet, aliquis irascitur plus, uel minus praeter rationem rectam. Si autem aliquis irascitur secundum rationem rectam, tunc irasci est laudabile.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Stoici iram, & omnes alias passiones nominabant affectus quosdam praeter ordinem rationis existentes: & secundum hoc ponebant iram & omnes alias passiones esse malas, ut supra dictum est, cum de passionibus ageretur. Et sic accipit iram Hiero. Loquitur enim de ira, qua quis irascitur contra proximum, quasi malum eius intendens: sed secundum Peripatericos, quorum sententiam magis approbat

9. q. 2. arti. 1.
9. c. de 3. di.
15. q. 2. ar. 2.
q. 2. cor. & Mal. q. 12. arti. 1. sic E. phe. 4. le. 8.
Et Job. 17. principio.
in Math. 5. tomo. 9.
Ica. 4. paulo ante finem.

lib. 7. c. 6.

11. 5. ca. 30. in fine.

Est gl. Augusti in lib. Quasi super Leuit. q. 70. circa finem. 4.

Hom. 17. in Math. in principio & medio. to. 2.

1. 2. q. 13.

lib. 2. eo. 6. lib. 5.

1. 2. q. 24. arti. 2.

Lib. 9. ca. 4. tom. 5.

F. Aug. in 9. de ciuitate Dei. ira & concupiscentia dicuntur motus appetitus sensitui. Hanc uero decetate secundum rationem, siue concupiscentiam hoc ira non semper est mala.

AD 11. dicens, quod ira dupliciter rationem. Uno quod modo antecedit rationem a sua rectitudine, unde habet rationem merito consequenter, puta appetitus sensitui contra uita secundum ordinem rationis. Unde Gregor. dicitur ira per zelum. Unde Gregor. moral. Cur adsum sum mope est, ut in momento uirtutis assumitur, mentem dominari praestat, sed quasi ancilla ad obsequium rationis tergo nunquam recedit. Ipsi est in ipsa executione ad us iudicii motus. Ite impedit, non tamen recedens. Unde Gregor. ibidem dicit quod praeparat rationis oculum, sed ira per uirtutem est autem contra rationem uirtutem. Unde Gregor. dicitur: rationis in executione ratione deliberatum: quia etiam in impetu actu, si dum debet agere, deliberare de malo eius qui pendens est, alioquin impetere uindictam pro uirtutum correptione iustitiae seruandam, laudabile est: unde Gregor. appetitus sensitui, inquit, motus. Et dum uindicta secundum ordinem malum sit, cuius minister est potentia uirtutis, si habet.

AD 111. dicens, quod Deo aliquid irae & debemus in appetitu boni, sed in malis dei omnino assimilari non possumus, quia non est appetitus sensitui in iudicio. Unde Gregor. dicitur: 5. Moral. quod tunc robustus ratio committitur, cum ira subdita rationi famulari.

ARTICVLVS II.

Vtrum ira sit peccatum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod ira non sit peccatum. Peccatum enim demonstratur: sed passionibus non demonstratur, sicut nec uirtutibus, ut dicitur in 1. Ethicorum. Ergo mala passio est peccatum: ira autem est passio, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur. ergo ira non est peccatum.

¶ 2 Præter. In omni peccato est concupiscentia ad aliquid bonum commutabile, sed per ira non concupiscitur aliquid ad bonum commutabile, sed in malum alicuius. ergo ira non est peccatum.

¶ 3 Præter. Nullus peccat in eo quod vitare non potest, ut Augustinus dicit. sed iram homo vitare non potest, quia super illud Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, dicitur: quod motus irae non est in potestate nostra: dicit in 7. Ethicorum quod iras non potest vitare: tristitia autem est contraria ira non est peccatum.

¶ 4 Præter. Peccatum est contra naturam: dicit in 2. lib. sed irasci non est contra naturam, sed sit actus naturalis potentiae, quae in

Vnde & Hiero. ¶ dicit in quadā epistola, quōd irasci est hominis, ergo irasci non est peccatum.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Eph. 4. Omnis indignatio, & ira tollatur a vobis.

RESPON. dicendum, q̄ ira sicut dicitur est, * proprie nominat quandam passionem. Passio autē appetitus sensitivi intantum est bona, in quantum rōne regulatur: si autē ordinem rationis excludat, est mala. Ordo autem rationis in ira potest attendi, quantum ad duo. Primo quidem, quantum ad appetibile in quod tendit, quod est vindicta. Vnde si aliquis appetat q̄ fm ordinem rationis fiat vindicta, est laudabilis ira appetitus, & vocatur ira per zelum. Si autem aliquis appetat quōd fiat vindicta qualitercunq; contra ordinem rationis, puta si appetat puniri cum qui non meruit, vel vltra quā meruit, vel et non secundum legitimum ordinem, vel non pp debitum finem, qui est conservatio iustitię, & correctio culpe, erit appetitus ira vitiosus, & nominatur ira per vitium. Alio modo, attenditur ordo rōnis circa iram, quantum ad modum irascendi, vt. s. motus ira non immoderate feruecat nec interius, nec exterius. Quod quidem si pretermittatur, non erit ira absque peccato, etiam si aliquis appetat iustam vindictam.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ quia passio potest esse regulata ratione, vel non regulata, ideo secundum passionem absolute consideratam non importatur ratio meriti vel demeriti, seu laudis vel uituperij: secundum tñ q̄ est regulata ratione, potest habere rationem meritorij & laudabilis. Et contrario secundum quod non est regulata ratione, potest habere rationem demeriti, vel uituperabilis. Vnde & Philosophus * ibidem dicit, quōd laudatur, vel uituperatur qui aequaliter irascitur.

AD II. dicendum, q̄ iratus non appetit malum alterius propter se, sed propter vindictam, in quam conuertitur appetitus eius, sicut in quoddam commutabile bonum.

AD III. dicendum, q̄ homo est dñs suorū actū per arbitrium rōnis. Et ideo motus qui proueniunt iudicium rationis, non sunt in potestate hoīs in generali, ut. s. nullus eorū insurgat, quamuis ratio possit quemlibet singulariter impedire ne insurgat: & secundum hoc dī, q̄ motus ira non est in potestate hoīs, ita, l. q̄ nullus insurgat. Quia tñ aequaliter est in hoīs potestate, non totaliter perdit rationem peccati, si sit inordinatus. Quōd autē Philosophus * dicit iratum cum tristitia operari, non est sic intelligendum, q̄ tristitur de eo q̄ irascitur, sed quia tristatur de iniuria quam a sibi illatam: & ex hac tristitia mouetur ad appetendum vindictam.

AD IIII. dicēdū q̄ irascibilis in hoīe naturaliter subijci rōni. Et iō actus eius intantum est homini naturalis, in quantum est fm rationem: in quantum uero est prater ordinem rationis, est contra hoīs naturā.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnis ira sit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ omnis ira sit peccatum mortale. Dī enim Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia: & loquitur de interfectione spirituali, a qua nominatur peccatum mortale, ergo omnis ira est peccatum mortale.

Super Questioni contraria quinquagesima octava articulum tertium.

Artic. 3. eiusdem quest. 158. dicitur ex Martino in quest. de iracundia occurrit circa illam conclusionem, scilicet, Peccatum ira ex parte appetibilis, scilicet iniusta vindicta.

¶ 2 Præter. Nihil meretur dānationē aternā, nisi peccatū mortale: sed ira meretur dānationē eter nam, dicit. n. Dñs Matth. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, ubi dicit glos. * q̄ per illa tria quæ ibi tanguntur, i. iudicium, & consilium, & gehenna, diuersæ māsiones in aterna dānatione pro modo peccati singulariter exprimuntur. ergo ira est peccatum mortale.

¶ 3 Præter. Quicquid cōtrariā charitati, est peccatū mortale: sed ira de se cōtrariā charitati, ut patet per Hiero. * super illud Matt. 5. Qui irascit fratri suo &c. ubi dicit, q̄ hoc est cōtra proximi dilectionē, ergo ira est p̄tm mortale.

SED CONTRA est, q̄ super illud Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, dicit glos. * Venialis est ira, quæ non perducitur ad effectum.

RESPON. Dicendum, q̄ motus ira p̄t esse inordinatus, & peccatum dupliciter, sicut dictū est.

Vno modo ¶, ex parte appetibilis, utpote cū aliquis appetit iniustam vindictam: & sic ex genere suo ira est peccatū mortale, quia cōtrariatur charitati & iustitiæ. Potest tñ contingere, q̄ talis appetitus sit peccatū veniale pp im perfectionem actus. Quia quidem imperfectio attenditur uel ex parte appetentis, puta, cum motus ira prouenit iudicium rationis: uel etiam ex parte appetibilis, puta, cum aliquis appetit in aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputādum, ita et q̄ si actu inferatur, nō esset peccatum mortale, puta, si aliquis parum trahit aliquem puerum per capillos, uel aliquid humi iusmodi. Alio modo, potest esse motus ira inordinatus quantum ad modum irascendi, ut pote si nimis ardentem irascatur interius, uel si nimis exterius manifestet signa ira. Et sic ira secundum se non habet de suo genere rationem peccati mortalis: potest tamen contingere quōd sit peccatum mortale, puta, si ex uoluntate ira aliquis excidat a dilectione Dei & proximi.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ ex illa auctoritate non hī q̄ omnis ira sit peccatum mortale, sed q̄ stulti per iracundiam spiritualiter occidunt, in quantum scilicet non refranando per rationem motum ira, dilabuntur in aliqua peccata mortalia, puta in blasphemiam Dei, uel iniuriam proximi.

Et, est ex genere suo peccatum mortale. Arguit enim tripliciter contra hoc primo, Est aliquis actus iracundia voluntarius nō mortalis, quo appetitur iniusta vindicta, ergo iniusta vindicta non reddit ex genere suo actum mortalem. Antecedens patet de appetente vindictam in aliquo modico non multum reputando, ut parum trahere puerum per capillos.

Consequentia patet, quia rō iniusta vindicta salua sine parua, sine magna sine iniusta vindicta. Nā ex magnitudine & paruitate sola quantitas variatur. Secundo, Quicquid est mortale ex genere, & non habet aliquid infiniti alleuians, remanet simpliciter mortale: sed parua, vindicta appetita non alleuiat infinite, quia finite distat a vindicta, cuius appetitus est simpliciter mortalis, ergo. Probatur maior, quia omne mortale in infinitum excedit veniale.

¶ Præter. Omne mortale ex genere, est mortale uniuersaliter: sed appetitus iniuste vindictæ non est uniuersaliter mortalis, ergo non mortalis ex genere. Maior probatur, tum quia habet in se sufficientem causam peccati mortalis in quocunq; reperitur: tum quia mortale ex vna circumstantia per nullam aliam circumstantiam redditur nō mortale, ergo a fortiori mortale ex obiecto per nullam circumstantiam fit non mortale. Minor patet.

¶ Ad huius evidentiam scito, quōd peccatū habet in se duo, scilicet speciem propriam, & mortalitatem, seu venialitatem. Et speciem quidem sui actus sortitur ex ratione formali obiecti, eo quod actus specificatur ex obiecto. Et hinc fit, ut omnes actus respectu illius obiecti sine sint actus perfecte, siue imperfecte tendentes in illud, sint eundem speciei: ita quod primus motus adulterij est in specie adulterij.

Glos. ordinata ibid.

Tom. 9.

Est Cassiodori in hoc loco super illud, Quæ dicitur in cordibus uestris, Psal. 4.